



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.51. Beatus & Etherius Elipando resistit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Auctores erant duo Episcopi Migetius Sæcul. VIII.  
 & Egila. Alia Secta erat illorum, qui sanguinem porcorum & carnes animallium suffocatorum manducare nolentes ignorantiæ accusabant, licet omnes ferme in Hispania Christiani ab illis escis abstinere solerent. Papa ejusmodi escas manducantes declarat esse anathematizatos. Alii Prædestinationis Mysterium non capientes libertatem hominis negabant, aut eidem depresso Gratiae virtute nimium favebant. Alii mores Juðæorum aut Paganorum, nempe Musulmannorum, imitantes conjugia cum iis inibant. Quædam mulieres maritis viata frumentibus ad alias nuptias transibant. Presbyteri sine examine ordinabantur. Multique alii abusus in Ecclesiis Hispaniæ irrepserant, quorum malorum causa sine dubio Arabum Dominatus erat. Egila, cuius in hac Epistola fit mentio, e- *Ead. ep. 97.* rat Episcopus Illiberitanus in Betica, quondam ordinatus a Villicario Archiepiscopo Senonensi, cui Papa, cum Egilæ fidem moresque apud se dilaudasset, id mandaverat.

## §. LI.

*Beatus & Etherius Elipando  
 resistunt.*

Elipandus Archiepiscopus Toletanus, *vit. S. Beati.*  
 ut huic Epistolæ Summi Pontificis *to. 5. A.D. Be.*

L 5 morem p. 739.

Sæcul. VIII. morem gereret, coacto Concilio Migetii  
A. C. 790. errorem circa Pascha damnavit, sed er-

rorem suum de Adoptione JEsu Christi docere non cessavit, cui nemo fortius se opposuit quam Beatus Presbyter & Monachus in Asturiæ montibus, qui Livanenses dicebantur, in hoc labore fidelem adjutorem habens Etherium Discipulum suum postea Episcopum Uxamensem. Ambo igitur juncta opera multos ab Elipando perversos ad sinum Ecclesiæ reduxerunt. Hac pietate maximopere offensus Elipandus, ut eos refelleret, ad Abbatem nomine Fidelem data Epistola dicebat: *Qui non confitetur JEsum Christum esse adoptivum secundum Humanitatem, & non secundum Divinitatem, Hæreticus est. Isti cum me consulere deberent, volunt me docere, & se Antichristi Servos probant. Mitto tibi Epistolam Asearici Episcopi, qui me modeste consuluit, ut diversitatem videas, & Servorum JEsu Christi humilitatem. Res foret inaudita, Toletanos unquam a Livanensibus veritatem edoceri. Contra nemo ignorat, Sedem hanc ob Fidei integritatem semper fuisse illustrissimam, & nullius schismatis labe contaminatam. Postquam Fratres mei & ego Hispali Migenianorum Hæresim de tempore celebrandi Paschatis, aliosque eorum errores repressimus, hi nos ipsos reprobendere au-*

p. 364.

dent.

Migetii  
sed er.  
Christi  
fortius  
ter &  
qui Li.  
ore si.  
am Di.  
Uxa.  
opera  
suum  
te ma.  
eos re.  
m data  
er JE.  
undum  
ivini.  
e con.  
& se  
tto ti.  
ui me  
ideas,  
tatem.  
uam a  
Econ.  
Fidi  
imam,  
atam.  
li Mi.  
bran.  
es re.  
e au.  
dent.

dent. Si molliter agas in hoc negotio, Sæcul. VIII.  
eosque non severe castiges, rem deferam A. C. 790.  
ad Fratres nostros (nempe Episcopos  
ceteros) ut confundaris. Meliora edoce  
Fratrem nostrum Etherium adhuc juve-  
nem, qui cum rudibus & schismaticis  
consilia contulit.

Beatum deinde Bonoso Fautiniano, *Sup. Lib.*  
& Fausto Manichæo comparat, & sub- *XIX. 27.*  
jungit: *Rogo te per ferventissimum ze-* *XX. §. 44.*  
*lum tuum, aufer hunc errorem de medio*  
*fratrum tuorum, ut sicut Dominus per*  
*Servos suos Hæresim Migetianam in Pro-*  
*vincia Betica extirpavit, ita etiam ad*  
*Hæresim Beatianam ex Provincia Astu-*  
*riæ eradicandam tua opera usus fuisse*  
*comprobetur. Ita quidem Elipandus. E-*  
*pistola ejus mense Octobri, æra 823.*  
*nempe anno 785. scripta est. Cumque*  
Beatus & Etherius ad Fidelem Abba- *Ether. lib. I.*  
tem Abosindæ Reginæ causa venissent, *adv. Elip.*  
ostensa est illis hæc Epistola vigesimo *init. tom.*  
sesto Novembribus sequentis. Simulque *PP. Lugd.*  
eam per totam Asturiam jam esse vulga- *p. 355.*  
tam indoluerunt.

Abosinda erat filia Regis Alfonsi *Sebest. Sal-*  
Catholici, & vidua Regis Silo, qui suc- *mant. p. 49.*  
cedens Aurelio Æra 812. seu anno 774. & Sandov.  
novem annis regnaverat. Is Corpus  
S. Eulaliæ Virginis & Martyris ex Civi-  
tate Emeritana translatum condidit in  
Monasterio S. Joannis de Pravia a se fun-  
dato.

**Sæcul. VIII.** dato, ubi ipse, & deinde etiam Conjur  
A.C. 791. ejus sepulti sunt. Abosinda conser-

**Reges Hispa-** tientibus omnibus Proceribus Silo de-  
niæ. functo Successorem dedit Alphonsum,

ex Froila Rege, Fratre suo natum, æra  
821. seu anno 783. At Mauregatus Pa-  
truus ex Alphonso primo & matre man-  
cipio genitus Alphonso pulso Regnum  
invasit, & annos sex obtinuit. Ipso fatis  
functo, Æra 827. anno 789. Veremun-  
dus Alphonsi primi Nepos regnavit an-  
nis tribus, quibus elapsis, memor se o-  
lim Ordinem Diaconatus suscepisse coro-  
nam reddidit Alphonso, a Mauregato  
dejecto, multosque cum illo annos raro  
amicitiæ exemplo usque ad obitum suum  
versatus est. Ergo Alphonsus II. co-  
gnomento castus Æra octingentesima  
trigesima seu anno septingentesimo no-  
nagesimo secundo restitutus annis quin-  
quaginta imperavit.

Mauregato Tyranno Regnum occu-  
pante Abosinda Regina ab aula discedens  
sumpto velamine Monastico secundum

**Sup. L. XI.** Decretum tertii Concilii Cæsaraugustani  
§. 48. sub Disciplina Beati Abbatis vitam duxit.

**vit. S. Beati.** S. Beatus itaque perlecta Eliandi ad  
n. 8. Fidelem Abbatem Epistola, suo & Disci-

puli sui Etherii, jam tunc Episcopi Uxi-  
mensis, nomine Responsum edidit, quod  
in duos Libros divisum & ferme sine  
ordine & methodo scriptum magnam  
nihilo.

minus eruditionem & continuam Scri-Sæcul. VIII.  
pturæ & SS. Patrum lectionem prodit. A. C. 791.  
In eo refertur Symbolum seu Fidei Con-Lib. I. p. 363.  
fessio Elipandi, ubi de Trinitate loquens  
dicit, quod tres Personæ sint, Deus, Prin-  
cipium & Spiritus Sanctus. Atque eo-  
rum unionem cum conjunctione animo-  
rum Mariti & Uxor, & multarum ani-  
marum Charitate unitarum confert.  
Unde conjunctionem in Divinis tantum  
moralem admittere videtur. Deinde  
de Incarnatione differens, errorem suum  
simpliciter manifestat, dicitque, JESUM  
Christum solummodo esse Filium adopti-  
vum Dei secundum suam Humanitatem,  
& Deum non per illum, qui natus est ex  
Virgine, atque adoptione & gratia Filius  
est, res visibles invisiblesque creasse,  
sed per illum, qui Natura Filius est. Quod  
dicere Nestoriana est Hæresis.

Beatus scripsit quoque Commenta-  
rium in Apocalypsim, qui ad nos usque  
non pervenit, atque in Monasterium de  
*Valcavado* lingua illius regionis dictum v. Boll. to. 5.  
se recepit, ubi decimo nono Febr. anno p. 146.  
798. in pace quievit. Ibidem inter San-  
ctos sub nomine *S. Bieco* colitur.

### §. LII.

#### *Concilium Narbonense.*

Cum Carolus Rex Imperii sui fines us-  
que in Hispaniam protulisset, & Ur-  
gella